Diog. Laert. I. p. 38. — v. 1. et 4. observa digamma in ἕκαστος et οἱ retentum. — v. 2. Vulgatum ἔγχος ἔχων transposuit Ilgen., sed quod idem ἔγχος in ἔχθος mutavit, quamquam Stephanus ait in editione latina quadam *odium* hic expressum esse, id iure reprobat Iacobs. in add. ad Anth. Nec magis cum illo Bachius scribere debebat πρός σ' ἐνέπη. — v. 5. Vulgatum μελαίνας recte videtur Brunck. in μελαίνης mutasse; nam quod Bachius dedit μελάνας ex Hesychii et Suidae auctoritate — vid. Iac. ad Anth. an. I, 2. p. 409. — huius certius testimonium desidero. —

Bias: Brunck. et Ilgen. in lib. citt. —

Diog. Laert. I. p. 53. — V. ult. λάμπω saepe active, sed nonnisi in re, quae natura sua λάμπει, ut φέγγος, πῦρ. Itaque h. l. ἅταν absolute positum arbitror: *eminuit pernicioso malo*, i. e. insignem cladem tulit. —

Anacreon. Praeter Ursinum in libro cit. inter Anacreonteorum editores fragmenta Anacreontis attigerunt maxime Stephanus, Flaiderus, Pauwius, Barnesius, Fischerus, et nuper Boissonadius. Quae hic posui, ex his α', β', γ', δ', η', ιε', inter ipsa Anacreontea vulgo numerabantur. —

1.) *Heraclides Pont.* allegg. p. 16. Schow.: Καὶ μὴν ὁ Τήϊος Ἀνακρέων ἑταιρικὸν φρόνημα καὶ σοβαρᾶς γυναικὸς ὑπερηφανίαν ὀνειδίζων τὸν ἐν αὐτῇ σκιρτῶντα νοῦν ὡς ἵππον ἠλληγόρησεν, οὕτω λέγων. — Editum hoc odarium etiam in Anthologia Aldina Ven. 1550., sed vitiosissime. De metaphora continuata quaedam contulit Iacobs. ad Anyt. epigr. IV, 4., Anal. I. p. 197. —

2.) *Stob. Flor.* p. 599. Ges. Editum etiam in gnomis ad calcem Callimachi Basil. 1532. — v. 1. pro vulgato κάρα praebuit κάρη ms. A. — v. 3. scr. fortasse ἐτ' Ἥβη, vid. quae monui in prol. ad Anacreont. ed. mai. p. 7. — v. 11. ἑτοῖμον pro ἕτοιμον scripsi, cf. Schweigh. in Lex. Herod. s. h. v. —

3.) *Athen* X. p. 427, A.: παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι εἷς οἴνου πρὸς δύο ὕδατος· Ἄγε δὴ etc. — βασσαρήσω· καὶ προελθὼν τὴν ἀκρατοποσίαν Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν· Ἄγε — ὕμνοις. Idem XI. p. 475, C.: κελέβη· τούτου τοῦ ἐκπώματος Ἀνακρέων μνημονεύει ἄγε — κυάθους. Eadem partim Eustathius ad Od. γ', 443, et illa ἄγε — μελετῶμεν scholiastes Cruquii ad Horat. Od. I, 27, 1. — v. 2. ὅκως habent priore loco omnes edd. et mss. ὅπως edd. et mss. altero loco cum Eustathio. — v. 3. δέκ' ἐγχέας omnes edd. et mss. posteriore loco cum Eustathio (falso in ed. mai. *priore* posui), dum in priore variant inter δύ' ἐκχέας, δύ' ἐγχέας et δ' ἐκχέας (ms. A). Anacreontis editores scripse-

Digitized by Google

runt δέκ' ἔγχει, sed Boisson. nuper veram lectionem mecum restituit. — v. 5. et 6. ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδευβασσαρήσω vulgo ap. Ath. ὡς ἂν ὑβριστιωσαναδευτε βασσαρήσω ms. A. ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδευτε βασσαρήσω Ursin. Hinc variae coniecturae, quas vid. in ed. mai. et in add. p. 253., ex quibus Boisson. ἀδεῶς τε βασ. secundum Schweigh. recepit, ego Brunckii ἀναδεύων βασ. probaveram, quum finalis syllaba ων facillime excidere potuisset, nunc proxime ad optimum cod. A. scripsi ἀνα δηῦτε, eodem sensu, quo infra recurrit ἄγε δηῦτε, de qua forma vid. infra ad Anacr. fragmentum ιγ'. — Ad alteram, sed hanc, ut videtur, non statim excipientem stropham pergit Athenaeus his verbis: καὶ προελθὼν τὴν ἀκρατοποσίαν Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν· ἄγε etc. — v. 7. δότε vulgo ap. Ath. δηῦτε ms. A., unde alii δῶτε, alii δεῦτε petierunt. Pro μηκέθ' οὕτω scr. fortasse μηκέτ' οὕτω. Apparet alteram stropham ultimo versu carere. —

4.) *Hephaest.* p. 69., et v. 4. idem p. 3.; deinde v. 3. Eustath. ad Il. φ', 470. et schol. Eur. Hipp. 58. De versibus vid. Herm. El. met. p. 667. sq. et Car. Lachmann. de chor. tragg. syst. p. 4. — v. 5. Falsa Turnebi lectio θρασυκαρδίων Brunckio recepta irrepsit etiam in recentissimas edit. Gumaelii et Boissonadii et Moebii. Qua ita, ut a Iacobsio ap. Moebium, accepta, qui simpliciter preces ad Dianam, nulla calamitate extortas, hic legi putat, ferri quidem poterit sententia, sed vetus nostrae lectionis auctoritas est multo potior, ita ut Turnebus insolentem vocem suo arbitrio correxisse videatur. — Plerique Ephesi, Faber Magnesiae intellexit hic incolas, pro quibus hanc supplicationem composuerit poëta. Illa non ad Lethaeum sita, haec, ut videtur Anacreontis temporibus iam diruta erat, vid. Franckium in Callino p. 89. — 117. Itaque hoc in ed. mai. in incerto reliqui. Sed opportune in manus venit Koeppenii liber: Griechische Blumenlese, ubi vol. II. p. 124. probabiliter coniicit Leucophryn hic intelligi, citt. Xenoph. Hell. III, 2, 19. (add. eund. IV, 8, 17.) et Nicand. ap. Athen. XV. p. 683, C., quibus locis locum quendam, fortasse ne urbem quidem, inter Maeandrum et Lethaeum situm, Leucophryn appellatum, et Dianae templo clarum fuisse, certissime efficitur, unde Diana Λευκοφρύνη dicta, vid. Heyn. Antiquar. Aufs. I. p. 109. Xenophontis verba si in promtu fuissent Athenaei interpretibus, non tantas turbas excitassent de Nicandri loco unius literae mutatione sanando:

Οὐδ' αὐτὴ Λεύκοφρυς ἀγασσαμένη ἐπιμεμφὴς,
Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα. —

5.) *Athen.* XII. p. 533, E. sq.: Χαμαιλέων δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος προθεὶς τό· ξανθῇ — Ἀρτέμων. τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦν-

Digitized by Google

τα περιφέρεσθαι ἐπὶ κλίνης· καὶ γὰρ Ἀνακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαί φησιν, ἐν τούτοις· — De his duobus fragmentis optime meruit Herm. El. met. p. 429. — v. 1. *βερβέριον* praebuerunt edd. Ven. et Bas. et ms. A., ceteri *βερβέρινα καλύμματα*, Schweigh. coni. *κερβέριον*, quod posuit etiam Hermannus, vid. ed. mai. Anacr. — v. 3. Lacunam aperuit Hermannus, explevit Boisson. vocabulo *δισσῇσι*, quod *δισσῇσιν* rectius scripsisset. — v. 4. *νεόπλουτον* omnes edd. vett. et mss. *νεόπλυτον* tantum epitom. — v. 6. *κίβδηλος βίος* de praestigiatoris vita interpretor, cui et ipsa haec appellatio et ea, quae in sequentibus tribus versibus dicuntur, bene conveniunt. Alii servum Artemonem, servique poenas hic dici existimant. — v. 11. *Παῖς κύκης* vulgo, unde alii *παῖς ἄκικις*, alii *παῖς ἄκικυς*, Toupius *παῖς τύχης* emendare voluerunt; Hermannus articulum modo inseruit. De *Κύκη* ista nihil sane constat. — v. 12. Iacobs. ad Anth. anim. I, 2. p. 390. coni. *γυνὴ ξέν' αὐτῷ*. De voc. *αὔτως* cf. Buttmann. in Lexil. I. p. 39. —

6.) *Athen.* XIII. p. 599, C.: *Ἐν τούτοις ὁ Ἑρμησιάναξ, σφάλλεταί συγχρονεῖν οἰόμενος Σαπφῶ καὶ Ἀνακρέοντα, τὸν μὲν κατὰ Κῦρον καὶ Πολυκράτην γενόμενον, τὴν δὲ κατ' Ἀλυάττην τὸν Κροίσου πατέρα. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς καὶ λέγειν τινάς φησιν εἰς αὐτὴν πεποιῆσθαι ὑπὸ Ἀνακρέοντος τάδε· σφαίρη — χάσκει· καὶ τὴν Σαπφὼ πρὸς αὐτὸν ταῦτά φησιν εἰπεῖν.*

Κῆνον, ὦ χρυσόθρονε Μοῖσ', ἐνίσπες
ὕμνον, ἐκ τᾶς καλλιγύναικος ἐσθλᾶς
Τήϊος χώρας ὃν ἄειδε τερπνῶς
πρέσβυς ἀγαυός.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι Σαπφοῦς τοῦτο τὸ ἆσμα παντί που δῆλον, sc. ob temporum rationes, quas vid. ap. Blomfield., ita ut, si quidem Anacreon, ut videtur, haec scripsit, aliam Lesbiam virginem intellexerit sit necesse. — v. 1. *σφέρ' αἴρει με πορφύρ' ἐνιβάλλων* edd. Ven. et Bas., unde et Steph. Sed *σφαίρῃ δεῦτε* iam Ursinus, qui Anacreontis versus se ope veteris libri Farnesiani emendasse ait, et recc. edd. Barnesio autem et Pauwio hoc carmen ludibrio fuisse videtur. Quod scripsi *δηῦτε*, vid. ad fragm. *ιγ'*. — v. 3. Quod hunc versum omnibus numeris laborantem rursus ita emittere cogor, valde doleo. Nihil expedit ms. A. scriptura *νηνὶ*, nihil Ursini *λαμβάνει*. Schweig. voluit *τήνη ποικίλα λαμβάνων*, sine sensu, neque alibi Anacreon utitur ista pronominis forma. In sensu acquiescerem, si scriptum esset: *κείνην ποικίλος ἀμβλέπων*, sed talia possent multa coniectari. — v. 4. Legebatur ante Schweig. *εὐκτικοῦ*. — v. 8. *ἄλλην* sc. *κόμην*. —

7.) *Dio Chrysost.* T. II. p. 94, R. cf. Aelian H. AA. IV, 2.

Digitized by Google

et Athen. IX. p. 394, F. Ex Aeliano Barnes. et Pauw. inter tertium et quartum versum hunc intruserunt: χρυσῷ δὴ εἰκασμένη. — v. 2. ᾧ primus reposuit Cas. pro vulgato καί. — v. 11. ὦδ' οὐ νῦν vulgo, ὧδε νῦν Ursin. ὦδ' εὐ νῦν unus cod. reg. Ceterum non dubitare debebam de hoc infinitivo, qui in precationibus solemnis est, vid. Boeckh. ad Pind. nott. critt. p. 428.

8.) *Athen* XI. p. 782, A., et v. 1. ap. Demet. de elocut., et v. 3. et 4. Eustath. ad Il. ψ', p. 1322, 53. — v. 4. πυκταλίζω, quod male mutavit Baxter. in πυκταλεύω, Anacreonti tribuit Etym. m. p. 345, 38. —

9.) *Athen* XIII. p. 564, D. — v. 2 οὐκ ἀΐεις vulgo, quod emendarunt Seidler. de Dochm. p. 263. et Buttm. ap. Boeckhium de met. Pind. p. 288., ubi hoc et quod infra sequitur fragm. ια' ut Lydiae harmoniae exempla proponuntur. De hoc usu v. ἡνιοχεύειν cf. Iacobs. ad Anth. animadv. T. I, 1. p. 17., et ad Anth. Pal. p. 949. —

10.) *Athen* XV. p. 671, E. et iterum 673, D. Totum fragm. correxit Porson. in Adv. p. 145.; cf. Gaisf. ad Heph. p. 327. — v. 1. Articulus in initio vulgo abest. Deinde μεγίσθης legebatur ap. Athen., sed Anacreontis plerosque editores recte μεγίστης cum Steph. et Ursino (Μεγιστὴς) scripsisse apparet ex Anthologiae pluribus locis, (Μεγίστη inter amicas atticas memoratur Athen. XIII. p. 583, E.) in quibus praeterea triplex accusativi huius nominis forma memorabilis: Anth. Pal. VII, 25., et Plan. (ap. Iacobs. post. Pal.) IV. p. 307. Μεγιστέα; Anth. Pal. VII, 27. et Plan. IV, 306. Μεγίσταν et Μεγίστην; iam quod Iacobs. haec omnia (uno in loco Μεγιστῆ VII, 27.) eodem modo scripsit Μεγιστέα, quasi a Μεγιστεὺς, id probare non possum. Apparet enim ex diversa ista scriptura pertinere huius nominis certe accusat. ad ionicam heteroclisin istam, ut Ξέρξης etc., vid. Buttm. Gr. uber. §. 56, not. 7, 3., quae ab ionico poëta fortasse primo commendata, deinde ceteris poëtis placuit: Μεγίστην et Μεγίστεα. Neque ignoto illi scribae, qui in Cod. Pal. VII, 27. adlevit quaedam in marg. aliud quidquam tribuere possum, quam hoc ipsum nescivisse. — v. 3. στεφανοῦται τῇ τε λύγῳ vulgo. — v. 4. καὶ τρύγα vulgo. —

11.) *Hephaest.* p. 34. et priora usq. ad κάδον, sed valde corrupta, Athen XI. p. 472, E., et iterum XIV. p. 646, D.; quaedam secundi versus etiam Pollux X, 70., et Apoll. Soph. p. 846.; cf. Boeckh. Pind. l. supra cit. et Herm. El. met. p. 575. — v. 1. λευκοῦ pro λεπτοῦ habet Ursinus. — v. 3. Magna diversitas scripturae ultt. verbb. in vett. libris: alii παιδ' ἁβρῇ, al. παιδὶ ἁβρῇ, al. (cod. Rehdig.) παίδι ἁβρῇ, al. ποδὶ ἁβρῇ, Cod. Monac. παιδί' ἁβρῇ. Scaliger ad Catull. p. 16. cit. ποδὶ ἁβρῷ. Iam Vossius ad Catull. voluit παῖδ' ἁβρῇ et idem

Digitized by Google

postea Grotefend. ap. Schweig. Buttmannus vero ap. Boeckhium l. c. emendavit *παρὰ παιδί*. Hermannus denique l. c. scripsit quidem *παῖδὶ ἁβρῇ*, sed elegantius iudicat scribi *πόδας ἁβρῇ*, ut haec verba substantivi loco posita sint, quod ita si scribitur, propter articulum necessarium quidem, sed admodum durum mihi videtur. In Epitome doct. met. p. 205. scripsit vir summus rursus *παῖδ' ἁβρῇ*. Equidem synizesin in talibus praeferendam iudico, cuius tot iam indubia exempla et ab ipso Hermanno et ab aliis prolata sunt. —

12.) *Strabo* III. p. 151. Cas.: *Καρχηδόνιοι μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντες κατέλαβον, ὥς φασιν οἱ συγγραφεῖς, φάτναις ἀργυραῖς καὶ πίθοις χρωμένους τοὺς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ. Ἑπολάβοι δ' ἄν τις ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα τοὺς ἡγεμόνας· καὶ διὰ τοῦτο Ἀνακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν· Ἐγὼ ἂν οὔτ' Ἀμαλθίης β. κ. οὔτε τὰ π. καὶ ἑκατὸν Τ. β. Ἡρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως καταγράψαι, καλέσαντα Ἀργανθώνιον· ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις, [ἢ ἴσον τούτῳ] τὸ τοῦ Ἀνακρέοντος, ἢ κοινότερον, οὔτε Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι.* Poëtae verba emendarunt maxime Casaub. et Tyrwhitt. De *Ἀμαλθίας κέρας* vid. quos citat Friedemannus ad Strabonis locum. De rege isto vid. Luc. *Μακρόβ.* c. 10. Cic. de sen. c. 19., qui cum Herodoto 120 annos illi tribuunt. Sed ab his quoque diversa tradunt Val. Max. VIII, 13, 4 et Silius Ital. III, 398. Ceterum in primo versu scribendum fortasse *ἔγωγ' οὔτ' ἄν*. —

13.) *Hephaest.* p. 40. cf. Herm. El. met. p. 464. — v. 1. Vulgatum *δ' ηὔτε* mutavi in *δηὔτε* secundum ea, quae nuper de his particulis egregie disputavit Buttm. in Lexil. II. p. 227. sqq. Sed hoc unum non probo, quod, quum Hephaestion in omnibus locis citt. *δ' ηὔτε* consentt. mss. habeat, vir doctissimus *δεὔτε* non *δηὔτε* scribi volüit, quam formam in ionico poëta quidni admittamus? praesertim quum etiam Athenaei opt. cod. A. in fragm. Anacr. *γ'* supra posito *δηὔτε* praebeat? Illud autem miror, praeteriisse virum doctum, *ἠὔτε* semper apud antiquiores poëtas, nunquam *ηὔτε* inveniri, ita ut in Homerum ultro inferre istam formam non ausim. Neque Apollonii, quem Buttm. non advocavit, arguta disputatio in Anecd. Bekk. 558. sqq. quidquam in contrariam partem probare posse puto, maxime si illa p. 560. *τῆς δὲ διαστάσεως* etc. accurate considerantur. Cf. etiam Theocr. *κβ'*, 49. var. lect. Valet igitur haec particula: 1.) *huc accedite*, Il. *ν'*, 481. 2.) *age, agite*, Hom. Od. *Θ'*, 133. 3.) *ecce*, in Anacr. fragmentt. pluribus; nam de Alcmane res nondum tam certa videtur. —

14.) *Hephaest.* p. 70. vid. Herm. El. met. p. 436. Bibere

Digitized by Google

amorem Virgilium (Aen. I, 749.) dixisse adnotat Ursinus; cf. Philostr. p. 786. —

15.) *Clemens Al.* p. 623, D. Col. — v. 2. *μέλπομαι* vulgo, cui Heinsius *μέλλω*, Sylb. *μέλπω* substituere voluerunt. Sanavit locum Herm. vid. ad Od. Anacr. *νγ'*, 3. — v. 3. *ἀείδων* vulgo, quod fortasse non reiici debuit. Eur. Heracl. 96. infinitivum h. v. adiunxit. —

16.) *Schol. Aristoph. Avv.* 1372., et primus versus etiam ap. Hephaest. p. 30. Alludit ad haec Iulianus in epist. ad Eugen. p. 386, B. Spanh. Legebatur in altero versu: *οὐ γὰρ ἐμοὶ θέλει*, quae explevit Porsonus. —

17.) *Eustath. ad Il.* p. 1012. Rom. — v. 1. *Ποσειδηΐων* vulgo, fortasse scr. *Ποσιδήϊος*. — v. 2. *ὕδει* Barnesio debetur pro vulgato *ὕδατι*; cf. An. Bekk. p. 1209. — v. 3. *βαρύνονται ἄγριοι δὲ* vulgo, unde Barnesius fecit: *βαρύνοντο καὶ ἄγριοι*. —

Ibycus. Post Ursinum quum nemo huius fragmentis colligendis operam dederit, nos ipsi propediem ea cum Anacreonte in lucem emittemus. —

1.) *Athen.* XIII. p. 601, B., vid. Herm. in Epit. doctr. met. p. 120. — v. 2. *μαλίδες* scripsi cum Ursino pro vulgato *μηλίδες*. *μάλα* enim dixit idem Ibycus ap. Athen. XV. p. 681, A. — v. 5. Schweigh. malebat *ὑπ' ἔρνεσιν*, sed cf. Lex. *περὶ πνευμ.* post Ammon. Valck. p. 219. — v. 8. Corrupte vulgo *ὥρανε ὑπὸ*, unde Fiorillo fecit *ὥστε ὑπὸ* cum hiatu, Iacobs. ad Anth. anim. III, 2. p. 155. sq. *ἅτ' ὑπὸ*, Hermannus, qui versus paulo aliter disposuit, *ἅθ' ὑπό*. Mihi hic necessario nova sententia ineunda videtur, neque voc. *ἔρος* verbo *φυλάσσει* apte iungi. Coniicio igitur: *ἀλλ' ἅθ' ὑπὸ*, *sed veluti*. — v. 6. *ἀθάμβησε* cod. A., unde Herm. *ἀθαμβείησι* fecit, cuius vocis significatio hic pro re lenior esse videtur. Iacobs. praeterea tentabat *ἐρεμνας*, quo minime opus, neque necesse *ἐρυμνὸς* scribi cum Herm. — v. 7. *παιδόθεν φυλάσσει ἡμετέρας φρένας* vulgo, unde Hermannus duos versiculos fecit, servato ordine verborum. Sed cod. A. *παιδ' ὅθεν*, unde *παῖς ὅθεν* scribendo toti loco sensum suum et structuram restituisse mihi videor. Ceterum Naekius ad Choeril. p. 107. tentavit *πεδόθεν τινάσσει*, quod *φυλάσσει* frigidissimum ei videbatur. Sed tum mallem legere:

παιδόθεν αἰθύσσει
ἡμετέρας φρένας.

De h. verbo vid. maxime Schneid. Suppl. ad Lex. Gr. Nunc vero, ut nos emendavimus, verbum *φυλάσσει* ad *παῖς* relatum optime quadrat: *ex quo puella mentem meam custodit* i. e. *occupatam tenet.* —

2.) *Schol. Plat. Parm.* p. 329. Bekk. p. 40. Ruhnk. (nonnisi

Digitized by Google

quae diversa a nostris habet Bekkerus, dabo): *Ἔρως — τακερὰ — εἰς ἄπειρα δίκτυα Κύπριδος βάλλει — ποτὶ γήραϊ ἀέκων — εἰς — ἔβα.* Praeterea quod olim legebatur, *τρομέων ἐν* correxit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 228. Alia quaedam Bekkerus. — v. 2. *τακερὰ* active, ut ap. Anacr. ap. Schol. Apoll. Rhod. III, 120., quorum locorum non memores fuerunt Athenaei convivae IX. p. 366. — v. 4. *ἄπειρα* neque metrum explet, neque sensui magnopere congruit. Fortasse scr. *ἀπείρατα* vel *ἀτείρεα* vel *ἀτήρια. Ἀφροδίτης ἄρκυα* dixit Ariphron in scolio infra v. 7. — v. 6. Simillime Homerus Il. *χ'*, 22. Ceterum habes hic versum, cuius exemplum desiderat Hermannus in Epit. d. m. §. 303. —

3.) *Athen.* XIII. p. 564, F. et Eustath. ad Odyss. *ζ'*, 167., cf. Pors. ad Med. 629. Iacobs. ad Anth. I, 1. p. 102. post *μελέδημα* inseri volebat *Ἐρώτων.* Hermannus lacunae signa posuit in Ep. d. m. §. 302., quem sequutus sum. —

4.) *Plat. Phaedr.* p. 242, C. Plutarch. Sympp. L. IX. p. 432. Suidas: *Ἰβύκειον ῥησίδειον.* cf. Ruhnk. ad Tim. p. 90. Suidas habet: *περὶ θεούς.* —

Hipponax. Primus huius fragmenta coll. et rec. Welcker. a. 1817. Cf. Annal. litter. Heidelb. 1819. n. 32. —

1.) *Stob. Floril.* p. 519. et Athen. III. p. 78, F. — v. 1. *καθείρξαι* Athen. *καθείρξει* Stob., ambo autem hoc ordine *καθ. χρυσὸν ἐν δόμοις πολύν.* Quum igitur *πολύν*, optimorum utriusque scriptoris codd. lectio, scazonti non convenire videretur, alii *πουλύν*, alii *πολλὸν* scripserunt, quorum prius recepit Welcker., posterius in Athen. editt. vulgatum est. — v. 3. *γνοίη χ' ὅσῳ.* Ath. *γνῷη σχάσοντας* Stob., unde Iacobs. ad Athen. p. 105. *γνῷης χ' ὅσον* scribi voluit. De forma *γνῷη* vid. Lob. ad Phryn. p. 347. Ceterum Ananio hoc fragmentum tribuit Athenaeus, quem tamen horum poëtarum ipsa opera non ob oculos habuisse, sed ex alierum citatis sua hausisse apparet ex iis, quae sequenti fragmento apposuit. —

2.) *Athen.* VII. p. 304, B.: *Ἱππώναξ δὲ, ὡς Λυσανίας ἐν τοῖς περὶ Ἰαμβοποιῶν παρατίθεται, φησίν·* etc. — v. 1. *ῥύδδην* pro vulgato *ῥύδην* reposui, ipso Welckero non improbante. Plura enim eiusmodi frequentat Hipponax. — v. 5. *τρώγων* vulgo ap. Ath. collocata particula *τε* ante *ὀρείας.* Hinc primo Erfurdt. coni. *τρώγειν*, ita ut *πέτρας ὀρείας* genitivi essent e *σῦκα* suspensi. Contra Hermannus: „At ionica dialecto utitur Hipponax" dicens coniecit eleganter, sed audacius *πέτρας σκάπτοντ' ὀρείας — τρώγειν.* Welckerus denique ceteris vulgatae lectionis servatis scribit ultima: *σῦκα τε τρία τρώγειν.* Equidem satis habui *τε* post *μέτρια* collocare, id in hac quidem verborum collocatione elegantius esse ratus, quam ante *μέτρια,*

Digitized by Google

quod metrum certe tulisset. Quarti pedis solutio paulo rarior est observante Hermanno El. met. p. 154. —

Ananius. Huius quaedam dedit Welckerus in libro supra citato. —

Athen. VII. p. 282, B. cf. Herm. El. met. p. 89. — v. 2. Observa καρῖς Phrynich. p. 171. Lob. — v. 3. vulgatum ἡδὺ γ' — κρέας emendavit Hermannus. — v. 4 et 5. Hi versus, praeter choliamborum naturam ἀρτίποδες facti, ita ab Hermanno emendati sunt, ut in priore πατέωσι σὺν' ἔσθεν in altero κάλωπηκων scriberet, quam formam tueri vult Cyneg. scriptore I, 433. Welcker. concedit ἀλοπήκων, sed ἐσθίειν penultima ancipitem fortasse habuisse dixit, ut μηνίω, τίω etc.; quem miror non ad illa potius provocasse, quae dixerat ad fragm. XXI. Sed quum in priore versu praeter numerum etiam repetitum verbum ἔσθιειν, ex eodem voc. ἡδὺ pendens, forma insuper mutata, offendat, in altero autem nimis exigua sit anonymi illius auctoritas, facilius crediderim hos versus aliunde huc translatos esse, praesertim quum iis omissis nihil plane desideretur. — v. 6. corruptae vulgatae οἷος αὐτὸ ἔθ' (ἐτ' ms. A.) ὅταν θέρος τε ἦ emendatio debetur Heringae, probata Hermanno. Schweigh. recepit Casauboni coni. αὖ τόθ' ὅταν, illicito Anapaesto. —

Timocreon Rhodius. 1) *Plutarch Themistocles* c. 21. Emendatum fragmentum dedit Hermannus in praef. ad Epit. d. m. p. XVIII., quem in plerisque sequutus sum. — v. 1. Pausaniam et Leutychidam (cf. Herod. VI, 72.) constat morum integritate non aeque ac bellica virtute fuisse insignes. De Xanthippo autem, qui Aristidi aequiparatur ap. Diodorum XI., et fortiter contempsit oblatam pecuniam Herod. IX, 120., nihil tale constat, nisi forte illud, quod Miltiadem accusavit, aegre tulit Timocreon. — v. 5. Fortasse rectius scriberetur ὄντα, vel ingrato homoeoteleuto. Hermannus scr. ἐόντ', de quo vid. infra. — v. 6. et 7. vulgatum ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι — πατρίδα emendavit Hermannus. De prosodia v. Ἰάλυσσον, ⏑—⏑⏑, vid. Heyn. ad Il. β', 656., Meinek. ad Euphor. p. 62. — v. 10. ἐπανδόκευεν vulgo, quod metrum pervertit. Hermannum miror, quod hic a verissima sua versuum descriptione deflectens hos tres versus ita dedit:

τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ' ἐκδιώκων,
τοὺς δὲ καίνων, ἀργυρέων ὑπόπλεως,
Ἰσθμίοις δ' ἐπανδόκευεν γελοίως ψυχρὰ κρέα παρέχων.

Ex mea descriptione apparet, quemque longiorum versuum epitritum in fine habere, quare supra etiam ξεῖνον ἐόντ' ferri non poterat; cf. conspectum metricum ad finem libelli. Ἰσθμίοις autem pro vulgato Ἰσθμοῖ non videtur opus esse ad sequentem

Digitized by Google

pluralem. Ceterum acute expediit Hermannus l. l. sensum formulae *μὴ ὥραν γενέσθαι*, quod cum hiatu legendum est. *κηὐχοντο* est lectio librorum, quam Hermannus mutavit in *κεὐχοντο*. In re adhuc suspensa — vid. maxime Matth. Gr. p. 304. ed noviss. — libri sequendi. —

2.) *Schol. Aristoph. Acharn.* 532., Ran. 1337. Suidas s. v. *σκόλιον*; recepit Ilgen. in l. c. et Brunck. in Anal. I. p. 148. — v. 1. Vulgatum *ὤφελες ὦ* emendavit Ilgen., probante Hermanno, quem vid. ad Vig. 758. — v. 2. Vulgatum *μήτ' ἐν γῇ* correxit Brunck. — v. 5. et 6. *ἔστι*, quod vulgo aberat, Brunck. male in fine ultimi versus collocavit, quod initio apposui, ut praegressus versus integer fieret. Ceterum haec quoque, ut antecedens fragmentum, in Themistoclis avaritiam dicta esse suspicor, statim post pugnam Salaminiam, quum Themistocles ab insulanis pecunias exigeret. Neque enim diu Timocreon illi pugnae fuit superstes, si vere est Simonidis, qui Ol. 77. obiit, epigramma in mortuum Timocreontem Anal. 61., Anth. Pal. VII, 348., apud Gaisford. n. 58. —

Simonides: Ursini lib. cit. Brunckii Anal. Gaisfordii poëtt. minorr. Quaedam habet etiam Ilgen. in Scoliis. —

1.) *Dionys. d. c. verb.* p. 432. Schaef. p. 236. Goell. Athenaeus IX. p. 396, E. haec habet: *Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν. Ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον, σὺ δ' αὔτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις.* Nota fabula. Versus, quos Dionysius ut exemplum eorum affert, in quibus neque stropha neque antistropha neque epodus, quin vix numerus discerni possit, paullo aliter distribui, quam Herm. de Metr. p. 452., praesertim quum id ipsum virum praestantissimum nunc facturum fuisse persuasum habeam. — v. 1. Hiatum removendum puto, omissa part. *ἐν*, ut *πνεῖν τινι* pro *ἐμπνεῖν τινι* accipiatur. Deinde *βρέμεν* cum Schaefero et *κινηθεῖσά τε* cum Hermanno scripsi pro vulgato *βρέμῃ* et *κιν. δέ*. Nam *βρέμοι* cum vi iterativa, ut voluit Hermannus ad Vig. p. 923., mihi quidem h. l. prorsus non aptum videtur, quum ita sequentia quoque saepius facta cogites necesse sit, id quod Simonides vix velle potuit. — v. 3. Hiatum, quem poëta hic consulto, ut videtur, in re lugubri adhibuit, nolui removere voce *δείματι* praegresso versui adnectenda. *ἔριπεν* Ald. et Mss. Hudsoni: *ἔρειπεν* vulgo. Aoristum, quem cum augmento Brunckius iam et Gaisfordius posuerunt, postulat vis intransitiva. Sensus enim est: *quum navigio mira arte composito ventus inspirans commotaque unda fremeret*, prae timore concidit Danae, madidisque genis amplexaque est — dixitque. Hoc moneo, quod vulgo ita hunc locum interpungunt et vertunt, quasi *λίμνα* subiectum esset, quod si quis praeferret saltem *οὐκ ἀδιάνταισι* scribere

Digitized by Google

deberet, quo facto praecedens δὲ λίμνα stare posset. Ceterum adverte ad negationem οὔτε, quae si ad verbum βάλλε pertineret οὐδὲ dicendum erat, ut scripsit Brunckius. — v. 5. εἰπέν τε ὦ vulgo, unde hiatum, quamquam in alloquutione tolerabilem, sustuli, poscente numero, qui tamen ita quoque εἰπέ τε ὦ integer erat. — v. 6. οὐ δ' αὖταῖς ἐγαλασθηνῳ δεῖ δειικνοώσσεις Ald. σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῶ ἤτορι vulgo ap. Dionys.; Athenaeum vid. supra. Hinc Casaubonus: σὺ δ' ἀωτεῖς γαλαθηνῷ τ' ἤτορι, numero ab hoc carmine, nisi fallor, alieno. Plerisque tamen editoribus hoc ita arrisit, ut reciperent. Equidem tentabam σὺ δ' αὖτως γαλαθηνῶ, sed nunc tutiorem viam ingressus esse mihi videor, qua quidem numeri etiam cum ceteris congruerent. — v. 8. ἐυκτιλαμπεῖ: vario modo tentatum et explicatum optime explicavit Passovius in Lex. — v. 10. τάδε εἷς αὐλέαν δ' ὕπερθεν Ald. τοδ' εἷς (sic) eadem inter versus, ut observat Goellerus; τὺ δ' αὐαλέαν vulgo, quod tenent rec. editt. Sed quaenam est haec pergendi ratio: σὺ δὲ — τὺ δέ? cui Hermannus certe σὺ δὲ — σὺ δὲ substituit, quod ipsum tamen rhetori magis quam poëtae convenit. Ego Aldinam sequutus sum cum Hudsono et Reiskio. De voc. ἀλέγω cf. Suppl. Schneid. Lex. — v. 18. Fortasse scrib. κελόμην. — v. 20. μεταβουλία pro vulgato ματαιοβουλία dedit Schaeferus ex cod. Guelf. Vulgata tamen defendi posset, si scriberetur ματαιοβουλία δὲ τίς φανείη — σέο; — v. 22. ὅτι δὴ Ald. sec. Goellerum, ὅτι δὲ eadem sec. Hudsonum. Deinde τεκνόφι δίκας μοι, omisso σύγγνωθι, vulgo; σύγγνωθι addit cod. Reg. 1., κνοφιδίκας σύγγνωθι μοι Ald. Eadem habet in margine a Petri Victorii manu, ut videtur, „fortasse νόσφι δίκας συγ. μοι, quod inconsiderate recep. Goellerus. Schaeferus coni. εἴ τι δὲ τεκνόφι δίκα, *ob iustam filii caussam*. Ego simplicissimam rationem sequutus sum: τεκνόφι δίκαν, *filii gratia*. —

2.) *Diog. Laert.* I. p. 56. Respicit Simonides versus Cleobuli Lindii, qui aeneae statuae in Mydae tumulo aeternitatem promiserat, vid. Anal. p. 76. Anth. Pal. VII, 153. — v. 3. Vulgo ἀεννάοις. — v. 7. Vulgo ἀντιθεμένον στήλας ap. Urs. et Diog. Sed ἀντιθετούμενος στήλας antiq. edd. ἀντιθέντα μένος τάλας codd. Stephani, unde rec. editt. ἀντιθέντα μ. στάλας. Ego dactylicum versum restitui, in ista glyconei forma penultimam non ancipitem esse ratus. —

3.) *Plutarch. consol. ad Apoll.* T. VII. p. 330. Hutt. — Versus vulgo male distincti. — v. 4. Edd. vett. Plutarchi et tres codd. Wyttenb. habent: ἄφυκτ' ὠμὸς, ceteri ἄφυκτος ὀμῶς. Reiskio placebat ὠμὸς, quod ego pariter atque ὀμῶς ex praegressa syllaba ος natum esse arbitror. —

4) *Diodor.* XI, 11. Praeter Iacobsium ad Anth. cf. Her-

Digitized by Google

mannum de metris p. 453. et de em. rat. Gr. Gr. p. 314. Eichstaedt. in act. soc. Lat. Ien. Vol. I. p. 198. — v. 3. *προγόνων*: immerito videntur huic verbo litem intendisse viri docti. Herm. scribi voluit *πρὸ χοῶν*, probante Iacobsio; Eichstaedt. *προ̃ γόων*, Ilgen. vero haec *προγ. δ. μν.* spuria censet. Verum iam Rhodomannus probabiliter, quanquam parum latine reddidit haec: *proavos recordans.* Sensus totius loci hic est: occisorum — *sepulchrum est ara*, i. e. sacrum et reverentia dignum, *et maiorum memoria* i. e. maiorum virtutem posteris in mentem revocat. Ac magis etiam celebrarentur illi heroes, si scripsisset Simonides, *προγόνων δ' ἀ μνᾶστις.* — v. 7. Verba *ἀνδρῶν ἀγαθῶν* spuria censet Ilgen. Fortasse ad sequentia trahenda sunt, ut *ὅδε* scribatur. — v. 8. Vulgo *οἰκετᾶν — εἵλατο*, duplici vitio, quod eleganter emendavit Hermannus: *Habitat quasi Graeciae gloria in illo septo.* Corruptus Bekkeri Antiatticista p. 93. *ἐξαφείλατο Ἡρόδοτος πρώτῳ*, qui scriptor *ἀπελεῖν* non *ἀφελεῖν* dicturus erat. Periit scilicet verbum (*ἀπέσπα?* I, 17.), quod grammaticus *suo ἐξαφείλατο* explicare voluit. In Simonidis verba autem ex Diodori dialecto haec vox intrusa, cf. Lob. ad Phryn. p. 183. — v. 10. Haec verba usque ad finem spuria censet Ilgen., iure improbante Iacobsio. —

5.) *Anthol. Pal.* XIII, 28. Falso inter Callimachea referebatur, vid. Bentl. ad Call. epigr. 50.. Librarii Palatini dubitationem, „*Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου*" probabiliter solvit Steph. Byz. v. *Ἀκαμάντιον*, qui satisfecit Hemsterhusio ad schol. Arist. Pl. 954. et in addendd. ad Luc. T. I. p. 82. Sed adhuc dubitat Neueus, et propterea inter Bacchylidea dubiae fidei recepit. Ipsius carminis indoles atque metrum, si quis utriusque poëtae epiniciorum fragmenta comparat, aperte Simonidi adsignat. — v. 1. *Ὧραι αἱ Διονυσιάδες*, ut effectrices *τῶν Διονύσου ὡραίων* — vid. oraculum ap. Demosth. in Mid. p. 531. — apte designant Dionysia suo tempore redeuntia. — v. 6. *ἔθηκαν* Cod. Pal., quod emendavit Bentleius — v. 9. Neglectam caesuram in nomine composito *μελίγηρυν* notavit Herm. Epit. metr. p. 211. — v. 12. Cod. Pal. habet haec hoc ordine: *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν*, quae primo Bentleius transposuit: *θῆκαν θεᾶν ἰοστ. ἕ. Μ.* neglecta necessaria caesura. Iacobsius in A. P. tentavit: *Μοισᾶν θεάων θ. ἰ. ἕ.* Hermanni El. metr. p. 605.:..... *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι* non intelligo, quum versus ita perimatur. Proxime a vero abfuit Neueus: *Μοισᾶν ἕκατι θ. ἰ. θεάων.* Facillime ego postremo duo vocabula initio simpliciter recuperavi, ubi ponere oblitus librarius imperite ea in fine collocavit. Ceterum quod attinet ad Argivum istum tibicinem, peregrinos quoque inter tibicines esse receptos docuit Neueus tribus allatis inscriptionibus. Ita

Digitized by Google

optime expediuntur quae de caritate horum hominum dicit Demosthenes in Mid. p. 565., quod divinavit iam Wolfius ad Leptin. p. XCIII. —

6.) *Anth. Pal.* XIII, 26. — v. 4. *τέρμ' ἔχων*, *gubernaculum summum* tenens. Ignota manus in margine apographi Gothani adscripsit *ἕρμ' ἔχων*, quod Brunck. et Iacobsius in utraque editione receperunt, iure improbante Buttmanno in Lexil. I. p. 113. — His adiunxissem memorabile Simonidis fragmentum, de quo in Platonis Protagora p. 339, A. — 346. argute disceptatur, nisi hoc ex illis esset, quae ipse sibi quisque probabilius quam aliis refingere solet. Viam monstravit Hermannus in Heindorfii editione, quae repetiit Gaisford. in Poëtt. minorr. Hic monuisse hac de re iuvenes sufficiat, ut istiusmodi interpretationis tam luculentum specimen accuratius explorent. —

Bacchylides: Ursini lib. cit. Brunck. Anal. quaedam etiam Ilgen. in scoll. et in Brunckii aliorumque Anacreontis editionibus, sed omnia poëtae fragmenta diligentius collegit et pertractavit Neue., 1822. —

1.) *Stob. Flor.* p. 367., et verba *ἐν δὲ — βλεφάρων* habet Plutarch. Numa c. 20. Versus aliter descripsi quam Neueus, qui in dialecto quoque plura audacius mutavit. — v. 1. *τε* omittunt Steph. et Ursin., recte fortasse. — v. 2. Brevem hic puto antepenult. in *μελιγλώσσων*, Pindari auctoritate motus; cf. Herm. de dial. Pind. p. VIII. Ita non opus corrigere cum Boeckhio et Neueo: *πλοῦτον μελιγλώσσων τ' ἀοιδᾶν.* — v. 3. *δαιδαλέων δ' ἐπὶ* Ursin. non male. — v. 4. *θεοῖσι τίθενται* vulgo, *θ. ἔθεσθε* ms. A. Voss. Arsen. et ed. Princ. *αἴθετάι*, recentt. editt. probatum, debetur Leopardo emendatt. IV, 21. — v. 5. *μηρίδες εὐτρίχων* vulgo; *μηρίταν εὐτ.* Voss. Arsen. *μηρῦταν* A. *μηρία τῶν* Leopardo debetur Urs. et Br. *τῶν* omitt. Ex vulgata lect. probabiliter extricavit *μῆρα δασυτρίχων* Buttmannus, quem sequuti sunt Boeckh. et Neueus. — v. 7. Plutarchus haec exhibet hoc modo: *ἐν δε σιδαροδέτοις πορπαξιν αἰθᾶν δ ἀραχνᾶν ἔργα, καὶ ευρῶς δάμναται ἔγχεά τε λογχωτὰ ξίφεά τ' ἀμφήκεα, χαλκέων δ' οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος, οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφάρων*, unde Stobaei *σιδαροδέτοισι — ἱστοὶ πέλονται*, prius cum B. et N., alterum cum Valck. diatr. p. 169. correxi, et *εὐρῶς* adscivi cum Leopardo, non tamen ante *δάμναται*, uti plerique recentt. editt., sed cum Br. post illud collocavi. Neque sequutus sum Ursinum *πλέκονται*, Boeckhium *χάλκεος* et *γλεφάρων*, Grotium *θάλκει* scribentes scripturosve contra veterem auctoritatem. — v. 12. *ἀμὸν* scripsi cum N. et Br. ex Heynii emendatione pro vulgato *ἄμος*. —

2.) *Stob. Flor.* p. 569. et priores quattuor versus ibid. p. 1. Et hi quidem vulgo ut duo leguntur, neque aliter Neueus, qui

Digitized by Google

v. 2. adeo delevit innocens ἐστίν. Recte tamen idem v. 1. δὲ inseruit. Verba δύναται διατελεῖν, sic enim vulgo, contrario ordine collocare iam voluit G. Dindorf. ad Stob. ed. Lips. p. 3. Scabri quid habere δύναται iunctum cum διατελεῖν Neueus putans suasit διαντλεῖν, quod minime probo; δύναται dicit poëta, ut hoc potissimum eluceat, si quis, etsi pauci possunt, tamen potest. — v. 5. οἷς δὲ μυρία μὲν vulgo, unde Grotius ὅς δὲ, Br. ᾧ δὲ petierunt. Egregie Neueus ᾧ δὲ μέριμν', quod recepi, quanquam οἷς me retinuisse mallem, quum transitus ad singularem h. l. bene defendi possit. — v. 6. τὸ δὲ παρόμαρτε νύκτα vulgo, unde Br. et Ilgen. τὸ δὲ πᾶν ἦμαρ cet. Ego cum Neueo Grotii emendationem probavi. — v. 7. Ex librorum corrupta lectione αόνι ἅπτεται extricarunt ἕον ἱάπτεται Grotius, probante Neueo, ἀνίᾳ δάπτεται Iacobs. et Ilgen., qui postea tamen coni. ἄνοον ἱάπτεται. Et δάπτεται iam Steph. habet, omisso αονι, quod ne Gesnerus et Brunck. quidem posuerunt. Denique Boeckh. coni. αἰὲν ἰαπτεται, quod aptissimum arbitror. — His adiunxit Neueus alia quaedam ex Stobaeo p. 570., quibus antistropham incipi putat. Sed hoc ex veriore, opinor, quam dedi versuum descriptione vanum esse apparebit.

3.) *Athen. Epit.* II. p. 39, F. cf. Eustath. ad Il. ν', p. 1198. Antistrophicam rationem huius fragm. primus aperuit Neueus, lacuna recte indicata in initio antistrophae. — v. 3. ἐλπὶς δ' αἰθύσσει vulgo, quod retinuit Ilgen., probante in addendd. Iacobsio, quod Neue. monere debebat. Brunck. v. Κύπριδος ad sequentia trahens scripsit: Κύπριδος δ' ἐλπὶς αἰθύσσει, Neueus vero scr. Κύπριδος· ἐλπίδι δ' αἰθύσσει φρένας ἀμμιγνυμένας. In errorem inducti sunt viri doctiss. falsa interpretatione verborum πέμπει μερίμνας ὑψοτάτω, quae non signif. *proiicit, amovet curas*, sed, ut sequentia αὐτὸς πόλεων cet. perspicue docent, *erigit mentem spes, efficit ut altiores vir capiat spiritus, maiora affectet*, siquidem ὑψοῦ πέμπειν idem non esse potest quod κάτω vel πόρρω πέμπειν. Neque μέριμνα semper est *anxia, molesta cura*, sed etiam simpliciter *procuratio, studium*. Similiter Pind. Pyth. VIII, 126, sqq. Poëtice autem dicitur ipsa spes ἀμμιγνυμένα Διονυσίοισι δώροις, quod proprie τῶν φρενῶν erat, qua figura apud lyricos et tragicos nihil frequentius. Asyndeton autem eodem iure quo infra αὐτὸς πολ. ab ipso Neueo agnitum. — v. 6. αὐτὸς μὲν πόλεων vulgo, καί τις μὲν Br., sed recte Neueus simpliciter μὲν omisit. Idem tamen verbi λύει primam productam non Homerico θῦε defendere debebat, sed ipsum λῦειν comparare ap. Hom. Odyss. η', 74. et Teleclid. ap. Plutarch. Pericl. c. 16. in anapaestis. Neque viro doctiss. in ultimis μαρμαίροισιν — αἰγλάεντα νᾶες ἄγοντ' contra mss. scribenti assentior. —

Digitized by Google

4.) *Athen.* XI. p. 500, B. Versus vulgo male descriptos ne Neueus quidem probabiliter in heptametrum et pentametrum troch. distinxit. Tertium, quominus catalectum facias scribendo σκύφοις, impedit neglectà tum caesura, quae e contrario in acatalecto non in medio versu esse potuit, ut bis in duas aequales partes dilaberetur. —

5.) *Clem. Alex.* p. 795. Pott. — v. 1. παρ' οἶσι, quod vulgabatur, iam Steph. et Ursin. emendarunt. — v. 2. τῷ δαίμονι δῶκε vulgo, ὁ δαίμων δῶκε Br. ex Ursini coniectura. Meliorem Neuei emendationem recepi. In ultimo versu δύαις dederunt Steph. Urs. Br. —

6.) *Stob. Flor.* p. 551. et postremos duos idem p. 530. — v. 1. Contra mss. scr. Neueus ὥτε. Idem probabiliter coniecit κακῶν ex nota veterum hac de re sententia. Nam ne de gloria quidem accepto καλῶν, ut N. denique vult, stabit sententia. Ultimum versum Stobaei mss. p. 551. depravatum exhibent. —

7.) *Clemens Al.* p. 731. Pott. Quo iure haec Bacchylidi tribuantur vid. ap. Neueum; nam Clemens nonnisi, ὅ λυρικός φησι, inquit, allatoque fragmento pergit: *Πίνδαρος δὲ ἀντικρυς καὶ σωτῆρα Δία συνοικοῦντα Θέμιδι εἰςάγει, βασιλέα σωτῆρα δίκαιον ἑρμηνεύων ὧδέ πως·* vid. fragm. 100. ap. Heyn. De sensu cf. etiam Soph. Oed. Col. 1381. sqq. Versus priores aliter quam Neueus distinxi. — v. 5. ἅγναν interpretationis caussa serius additum suspicantur Boeckh. et N. — v. 7. Recte N. illud ὦ omittendum censet, quod Br. mutavit in οἱ. —

Callistratus. Huius ignoti poëtae hoc unum scolion servavit *Athen.* XV. p. 695, A. sq. Tractarunt praeter alios maxime Lowth. de sacra Hebr. poës., Ilgen. in scoll.; Brunck. et Iacobs. in Anthol. T. I. editumque etiam in Brunckii aliorumque Anacreonteorum editionibus et ab Hermanno El. met. p. 695. Callistrato tribuit Hesych. v. Ἁρμοδίου μέλος. Leve quidem est, quod Ilgen. singulas strophas pro singulis scoliis habet — iam Casaubonus primam a reliquis seiunxerat — illud gravius, quod Callistrato tantummodo secundam, postremas duas imitatoribus adscribit propter schol. ad Aristoph. Acharn. 980: *ἐν ταῖς τῶν πότων συνόδοις ᾖδόν τι μέλος Ἁρμοδίου καλούμενον, οὗ ἡ ἀρχή· φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔτι που τέθνηκας* etc. At ex his nihil aliud probari poterit, quam alio ordine has strophas scholiastam legisse, qui quidem iam primitus variabilis fuerit. Ex nomine Ἁρμόδιος autem, quod in omnibus quattuor strophis recurrit, totum carmen Ἁρμόδιος aut Ἁρμοδίου μέλος appellatum ap. Aristophanem aliquoties, Hesychium, Suidam. Denique in huiusmodi cantaminibus nihil facilius ferendum quam sententiarum similitudo. Callistratus ille quis, quove tempore fuerit, non constat. Ante Aristophanem sco-

Digitized by Google

lium eius decantari solitum esse apparet. — Sequebatur autem in eo, ut par erat, plebis Atheniensis opinionem, Hipparchum Pisistratidarum natu maiorem et tyrannum, eoque occiso liberatos esse Athenienses. Quam quidem studiose refutavit Thucydides I, 20. VI, 54. sq. neque agnoscunt Herodot. V, 55., Clidemus ap. Athen. XIII. p. 609, D., ubi falsa scriptura decepit Ilgenium, aliique seriores; contra sequuti sunt Pseudo-Plato Hipparch. 229., popularis Demosthenes c. Mid. p. 569. Lept. p. 478, et qui statuas illis poni iusserunt; cf. etiam Marcellinum in vita Thucyd. p. 319. ed. Poppo. —

v. 1. Huc alludit Aristoph. Lysistr. 632 sq., ubi vid. schol. et Suid. in v. ἐν μύρτου. — v. 2. κἀριστογείτων: laudo iudicium Buttmanni in Gr. uber. p. 122, not. Callistrati enim non idem phalaeceus qui Sophoclis. — v. 3. κατανέτην vulgo ap. Ath., unde Schweigh. cum duobus codicibus κτανέτην vulgo ap. Ath., unde Schweigh. cum duobus codicibus κτανέτην, rectius fortasse scripturus κανέτην et hic et infra praesertim quum v. 12. quoque forma κείνω propter metrum sit necessaria. — v. 5. οὔπω τέθνηκας Athen., quod emendarunt Br. et Lowth. ex schol. Arist. l. c. Alii scripserunt οὔ τί πω, uti Ael. Aristid. haec verba laudat, p. 80. Iebb. — v. 7. Ἀχιλλεὺς vulgo ap. Ath. — v. 8. φασὶ τὸν ἐσθλὸν Δ. Ath. — v. 11. Ἀθηναίης, cf. Prol. ad Anacreontea p. 31. — v. 14. Ἁρμόδιε vulgo, quod cum Ilgenio corrigendum esse putavi ex legitima et solemni ratione Graecorum poëtarum in his vocativis, in quibus alia omnia facilius quam hoc defendi poterit, quum vel in prosaria oratione trita esset ista enallage, praesertim in appositionis quodam genere, cf. v. c. Plat. Hipp. mai. init., quod tamen alia caussa poëtas fecisse constat. — v. 15., 16. κτανέτην et ἐποιησάτην cum plerisque in legitimam formam mutare non ausus sum post ea, quae a Schaefero pridem ad Apollonium et a Buttmanno Gr. uber. in add. ad §. 87. monita sunt, quanquam in hoc quidem carmine credibilius vulgarem formam a poëta profectam, sed a librario imperito ex prima stropha immutatam esse. —

Aristoteles. Praeclarum hoc Aristotelis poëticum monumentum servarunt *Athen.* XV, 696. et *Diog. Laert.* V, 5., nam Stobaeo inseruit, ut alia multa, Gesnerus ex Laertio, quod primus docuit Gaisfordius. Tractarunt praeter Athenaei, Laertii et Stobaei editores maxime Anglus quidam in Hurdii commentario ad Hor. art. poët. Brunck. et Iacobs. in Anthol. T. I. Ilgen. in Scoll. Buhle. in vita Aristot. opp. T. I. aliique, quos vid. ap. Ilgen. et Iacobs. Metrorum rationem attigerunt potissimum Anglus ille, (quem Tyrwhittum esse suspicantur) Ilgen. et Iacobs., sed antiquam auctoritatem habet versuum descriptio nullam; quos primus Stephanus in lyrr. poëtt. distinxit. Hinc

Digitized by Google

prorsus ex meo arbitrio numeros disposui. — De Hermia, *Ἀταρνέως* urbis in Mysia tyranno, quae diversa tradunt veteres, diligenter collegit Iacobs. Praeter Laertium vid. maxime Himerium orat. VI, 6. Luc. Eunuch. c. 9. Demetr. de eloc. p. 314. Diodor. XVI, 52. Strabo XIII. p. 420. Suidas in *Ἀριστοτέλης* et adde duo epigrammata ex Laert. et Eusebio a Iacobs. in appendice Anthol. Pal. edita n. 8. et 38. Hospitio ille excepit Aristotelem benigne, id quod hic in fine hymni grato animo profitetur. In singulorum scriptura Laertius et Athenaeus ita differunt, ut modo hunc, modo illum sequi debeas, in universum tamen Laertius praeferendus videatur, praesertim si huius scripta severius castigata fuerint. — v. 2. *βίω* dorice Buhlium ex Sylburgii sententia scribentem docte refutavit Iacobsius. — v. 4. *ζηλωτὸς Ἑλλάδι* omisso *ἐν* Ath. — v. 5. *ἀκαμάτους* Ath. — v. 7. *καρπὸν εἰς ἀθ.* Laert. *καρπόν τ'* Ath. Corrigunt alii: *τοῖον ἐπὶ φρέν' ἔρωτα βάλλεις καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον*, Ilgen. scripsit: *καρπὸν σεῖ' ἀθάν.* Fortasse: *καρπὸν σύγ' ἀθάν.* — v. 8. *μαλακάυγῆ τοῖο* Ath. *μαλακωτάτοιο* coniecit Maittaire, *μεγαλαυχήτοιο* scripsit Br., quem plurimi sequuntur. Laertii scripturam, quam posui, defendit et explicavit Ilgen., sed ita, ut ab *αὐγὴ* illud derivaret, quod repugnat omni analogiae *μαλακαυγης* vel *μαλακαυχος* tum postulanti. Itaque ad *αὐγέω* recurrendum, quod si idem primitus significare potuit quod *αὐγάζω cernere*, res erit planissima. Somnum enim dici posse *μαλακῶς αὐγάζοντα*, vel accuratius *μαλακῶς αὐγάζειν ποιοῦντα*, quis neget? Fateor tamen me in nostro quidem loco male habere tam rarum et exquisitum epithetum, qui pervulgatum potius et aliunde iam satis notum vel maxime requirit. Itaque praefero adhuc Maittairii coniecturam, quae lenior est quam primo adspectu videtur *αυ* et *ω̃*, *γ* et *τ* saepissime confusis. — v. 9. *σεῦ θ' ἕνεκεν ὁ Διὸς* Ath. *σοῦ δ' ἕνεκ' ἐκ Δ.* Laert. Emendatio debetur Brunckio. — v. 11. *ἔργοις ἀναγορεύοντες* Laert. *ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες* Ath., quae emendavit anonymus ap. Hurd. — v. 12. *σοῖς τε* Laert. *Ἀχιλλεὺς* vulgo. — v. 15. *καὶ Ἀταρν.* Ath. — v. 16. *χήρωσεν αὐγάς: destituit lumen solis* sc. sui conspectu i. e. mortem oppetiit. Ita interpretantur, sed argutius profecto et durius, ut longe praeferenda esset Laertii scriptura *αὐγᾶς*, si huiusmodi derivata in *οω* etiam intransitive ab antiquis scriptoribus usurpari probatum et certum esset. At neque probavit neque poterit, mea sententia, hoc quisquam probare in iis certe, quorum altera intransitiva forma in *ευω* vel *εω* exstat. Itaque hic quoque praefero Maittairii coniecturam *χήρευσεν αὐγᾶς*. — v. 17. *ἀοίδιμος* Laert. et Ath., quod correxerunt *ἀοίδιμον*, idque ipse invitus in textu reliqui. Respondent sibi

Digitized by Google

